UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sermones prestantissimi viri Ro||berti de Litio: ordinis Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis Aquinatis

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.cccccxiij. vi. no.Maij.

Feria tertia: de ieiunio. Sermo. xvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70607

Visual Library

ſentētia di.Boñ.q̄ p̄fata.xxiiij.di.iij.li.
dicit:ꝙ timoris eſt facere tria.videlicʒ
Penam vt fugiat.
Offenſionem vt ipam caueat.
Maieſtatē ſummā vt illi ſubiaceat:
exhibeat debitā reuerentiam.
¶ Et ſm h̄ triplex eſt doni timoris dif⸗
ferētia. Unus timor eſt q̄ p̄ncipal'r re⸗
ſpicit penā:⁊ iſte eſt ſeruilis vt ſuperiꝰ
dictū eſt. ¶ Alius vero qui vnū oculū hʒ
ad penā ſʒ tn̄ p̄ncipaliorē hʒ ad offen⸗
ſam vitādā:⁊ hic eſt initialis. ¶ Tertiꝰ
aūt qui vnuʒ oculū hʒ reſpectu offenſe
vitande:aliū reſpectu reuerētie exhibē
de:et hic eſt filialis. Cuius etſi vſus ſit
in refugiēdo vt ſeparet͛ a deo: excellen
tior tn̄ ⁊ magis p̄cipuus vſus eſt in re⸗
uertēdo deū ⁊ in reſiliēdo a ſumma ma
ieſtate p̱ ꝓpriā paruitatē. Et hic quidē
vſus fuit in xp̄o de quo d͛ Eſa.xj. Re⸗
quieſcet ſup̱ eū ſpūs timoris dn̄i. Et eſt
in ſanctis angelis:⁊ erit in oībus bea⸗
tis:qui etiā nominari poteſt timor re⸗
uerētialis. Et quātū ad iſtū oculum et
vſum manet donū timoris in patria.
Quantū vero ad alios inferiores tollit͛:
q: iſti cōpetunt ei ſm ſtatū impfectio⸗
nis. Quia vero remanet ei vſus principa
lis:hinc eſt ꝙ non dicitur euacuari: ſʒ
magis perfici ⁊ ſaluari. hec Boñ. Ergo
vt inquit pſ.cxj. Beatus vir qui timet
dn̄m. Q: timor dn̄i expellit peccatum.
Eccli.j. Et qui timent dn̄m p̄parabunt
corda ſua:⁊ in ꝯſpectu illius ſanctifica
bunt animas ſuas. Eccli.ij. Et q̄ timet
deum faciet bona. Eccli.xv. Et vt Hie⸗
ro.inquit in epiſtolis. Timor virtutuʒ
cuſtos eſt ſecuritas ad lapſum facilis.
Ergo procuret vnuſquiſqʒ timere deū
vt ſic illum collaudet et benedicat qui
timentibus ſe largiter in preſenti gra⸗
tiam:⁊ in futuro gloriam: in qua om⸗
nes ſancti exhibebunt ei cum gaudio
timorem ⁊ reuerentiam per infinita ſe
cula ſeculorum. Amen.

¶ Feria tertia poſt dn̄icā in q̄nquage⸗
ſima de ieiunio:ad quod penitētes de⸗
bent animari. Sermo.xvij.

COnuertimini
ad me in toto corde ve⸗
ſtro:in ieiunio ⁊ fletu ⁊
planctu. Dei viuētis ad
peccatores verba ſunt
iſta originaliter Johel.ij. Prope iā eſt
ſancte quadrageſime deuotiſſimū tem
pus in quo ſancta mater eccl'ia cūctos
fideles inducit ad penitentiam horta⸗
turqʒ maxime vt cōmiſſas culpas ieiu⸗
nando abluant ⁊ expurgent. Uerunt̄n
vt Hiero.dicit ad Palmachiū ⁊ Occea
num. Quorū deus venter eſt cultū no⸗
lunt amare ieiunium. Sunt nōnulli q̄
ieiunia ſpernūt:ieiunare nolūt:irridēt
ieiunātes:⁊ qd̄ his deterius eſt de ieiu⸗
nio falſa predicāt ⁊ loquunt͛: Aiunt eīn
ad nihil fore vtile ieiuniū neqʒ deo gra
tum ſtomachū affligere fame abſtine⸗
reqʒ a cibis quos deꝰ creauit ad vtēdū:
neqʒ ſapientis eſt:aut boni viri eſſe di
cūt vt ſe fame macerando corpus velit
perimere ante tempus. Quapropter in
hoc ſermone de ieiunij laudibus verba
facere arbitratus ſum perutile ac neceſ
ſariū. Nā ad illud per os ꝓphete Johe
lis inuitat nos ſpiritusſanctus: vt patʒ
in verbis premiſſis in themate. In qui⸗
bus de ieiunio tria myſteria proponi⸗
mus contemplanda.
Primum dicitur diſtinctio.
Secundū inſtitutio.
Tertium cōmendatio.

¶ De multiplici ieiunio:⁊ quid eſt ieiu⸗
nium prout eſt pars penitētie ſiue ac⸗
tꝰ ſatiſfactionis. Capm.j.

PRimū myſteriū cōtēplandū
de ieiunio dicitur diſtinctio
Ut eniʒ pōt colligi ex dictis
Alex. in.iiij.volumine ſum.
⁊ Rich. in.iiij.di.xv.triplex eſt ieiuniū.
Primū dicit͛ naturale.
Scd̄m generale.
Tertium ſpeciale.
¶ Primū eſt ieiuniū naturale cū q̄s nō
comedit de nocte nec mane cum ſtatim
ſurgit de lecto:nec in loco aut tp̄e quo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝛedere nō licet niſi vrgēte neceſſitate. Ta
le ieiuniū nō eſt meritoꝛiū: qꝛ in his que
inſunt a natura nec laudamur nec vitu
peramur: vt pꝫ ex. ij. Ethi. ¶ Scđm eſt
ieiuniū generale: qn̄ ſcilꝫ abſtinemus a
pctis ꝛ ab offenſione dei. Et de h' inquit
Aug. ſup Job. ꝛ ponit' de cōſe. di. v. c. ie
iuniū. Jeiuniū magnum ꝛ generale eſt
abſtinere ab iniq̄tatib' ꝛ ab illicitis vo
luptatib' ſeculi. Et de hoc loquit' Pius
papa. de cōſe. di. v. c. nihil. di. Nihil pro
deſt hoī ieiunare ꝛ oꝛare ꝛ alia bona re
ligionis agere: niſi mēs ab iniquitate ꝛ
ab obtrectationib' lingua cohibeatur.
Glo. vō ſup dicto. c. in vbo pdeſt. dicit
ad vitā eternā. vt de peni. di. ij. c. vt co
gnouerūt. §. opponit'. ꝛ di. iij. c. ſi q̄s au
tem. Tn̄ ꝛ nos declarauim' ad quid va
lēt bona opa in pctō moꝛtali facta. De
ieiunio etiā iſto gn̄ali Amb. in homel.
di. lxxxvj. c. q̄d pꝛodeſt. ſic loquit': Quid
pdeſt ieiunare viſcerib' et luxuriari ve
natib': abſtinere a cibis ꝛ errare pctis?
An putatis illū ieiunare fratres q̄ pꝛi
mo diluculo nō ad eccleſiā vigilat: non
beatoꝝ martyꝛū ſctā loca perquirit: ſed
ſurgēs cōuocat ſeruulos: diſponit rhe
tia: canes pducit: ſalt' ſiluaſq; pluſtrat
De hoc ſiquidē ſi loquit' Greg. i homel.
quadrageſime. Incaſſum caro atterit' ſi
a prauis voluptatib' animus nō refre
natur. Hiero. etiā de hoc ſic ſcribit: Tūc
pꝛeclara eſt apud deū abſtinētia coꝛpo
ris cū anim' ieiunat a vitijs. ¶ Tertiū
eſt ieiuniū ſpeciale. Qđ ſic Alex. diffinit
in. iij. ſumme. Jeiuniū eſt abſtinentia
a cibo ꝛ potu ſm formam eccl'ie intuitu
ſatiſfaciendi vel vitandi pctm̄: vel acq̄
rendi vitā eternā. Ex qua diffinitiōe ha
bet' ꝙ materiale i ieiunio ē abſtinere a
cibo ꝛ potu: ſm formā eccleſie: formale
vō vt id bono aīo ꝛ recta intentione fi
at. Propterea ieiunātes cū intētiōe coꝛ
rupta ꝛ vitioſa ꝛ depꝛauata dānant' a
xp̄o: qui ait Mat. vj. Cū ieiunatis noli
te fieri ſicut hypocrite triſtes: extermi
nant enim facies ſuas vt appareāt ho
minibus ieiunātes. Amē dico vobis qꝛ
receperunt mercedē ſuā. Tu aūt cū ieiu
nas vnge caput tuū ꝛ faciē tuā laua ne
videaris hoībus ieiunās ſed patri tuo
qui eſt in abſcōdito: ꝛ pater tuus q̄ vi
det in abſcōdito reddet tibi. Jeiunium
ergo hypocritarū infructuoſum eſt: qꝛ
deficit in eo rō formalis virtuoſi ieiunij
Jeiunātes vō cū intētione recta ad re
pꝛimēda vitia carnis: ꝛ ad ſatiſfaciēdū
deo virtuoſe facere cōpꝛobātur: qm̄ ſm
Tho. ij. ij. q. cxlvij. Abſtinentia hoc mo
do cōſiderata eſt pars ſubiectiua tem
perantie: ꝛ habet rōnem timoris.

¶ De inſtitutione ieiunij quadrageſi
malis ꝛ quattuoꝛ tempoꝛum: alioꝛūq;
ieiunioꝛum. Cap. ij.

SEcūdū myſterium principa
le dicitur inſtitutio. Poſſu
mus enim diſtinguere tri
plex ieiunium ab eccleſia in
ſtitutum.

Primū ꝺꝛ quadrageſimale.
Scđm tempoꝛale.
Tertium particulare.

¶ Primum eſt ieiuniuꝫ quadrageſima
le: qđ congrue inſtitutum eſt adhuc tri
plici ratione.

Primo rōne tēpoꝛis.
Scđo numeri.
Tertio termini.

¶ Primo q̄dē rōne tpis quadrageſima
le ieiuniū eſt cōueniēter tpe veris inſti
tutū. Primo ratione trāſgreſſiōis pꝛi
moꝝ parētum q̄ peccauerūt in vere ſm
Alex. ij. volumine ſumme. Et ſi diceret'
vn̄ pbari poſſet ꝙ tp̄s veris fuit illud
in quo peccauit Adā: ego rn̄deo ꝙ hoc
colligi pōt ex quadā hiſtoꝛia quā memi
ni me legiſſe rome in quodā Iſidoꝛi ety
mo. li. viij. exiſtēte in bibliotheca de ara
celi. Qđ iō dico qꝛ in alijs libris eiuſdē
Iſidoꝛi hoc non viderim: ꝺꝛ ergo ibi ꝙ
poſt aſcēſionē dn̄i ſaluatoꝛis apl'i occu
pati in pdicatione euāgelij nihil de ob
ſeruantia paſche: qua. ſ. die celebꝛari de
beret tradere potuerūt. Cū vō ipſi ex h'
mūdo trāſiſſent p vniuerſuꝫ oꝛbē diuer
ſa introducta fuere ieiunia: ꝛ oīs gallia

vnū diē anni.i.octauo Kal'.aprilis pa
ſcha tenebat. Oriētales vero ſicut hiſto-
ria Euſebij ceſarienſis narrat.quocunqȝ
die mēſis martij luna.xiiij.veniſſet pa
ſcha celebrabāt. In italia aūt alijs ple
nos quadraginta dies ieiunabāt. Alij
dicebāt octo dies in q̄bus mūdus con
cludit ſibi ſufficere ieiunare. Alij quia
dn̄s quadraginta dies ieiunaſſet: alij
quadraginta horas abſtinere deberēt.
Cū he tales obſeruationes ꝑ ſingulas
prouincias tenerent: rome' meror erat
ſacerdotibus vt vbi erat vna fides diſ-
ſonarent ieiunia. Tūc papa victor ro-
mane vrbis ep̄s direxit vt daret auto-
ritatē ad Theophilū Ceſaree Paleſti-
ne ep̄m: q: tūc in hieroſolyma eccleſia
metropolis dicebatur: vt inde paſcha-
lis ordinatio ꝓueniret: vbi xp̄s in car-
ne fuiſſet verſatus. Accepta itaqȝ auto
ritate Theophilus tantū opus ſibi in-
iunctū ꝯſiderans nō ſolū ſue patrie: ſȝ
⁊ aliarū ꝓuinciarū: q̄ꝑplures ep̄os ⁊ vi
ros ſapiētes ad conſiliuȝ conuocauit.
Cūqȝ grandis illa multitudo erudiſſi-
moꝝ viroꝝ fuiſſet in vnū collecta. ꝓtu
lit Theophilus ep̄s autoritatē ad ſe di
rectā: ⁊ qd̄ erat ſibi iunctum patefecit.
Tunc pariter oēs illi viri docti dixerūt
Primuȝ nobis dic quid a nobis petis.
Theophilus dixit eis. Quem diē p̄mū
creditis in mundo creatū? Et cōcorda-
rūt oēs diē dn̄icum. Theophil9 ep̄s di-
xit? Quomodo hoc probare poteſtis?
Reſponderunt illi. Ex autoritate diui-
ne ſcripture que ait: Factum eſt veſpe-
re ⁊ mane dies p̄m9. deinde ſecūdus:
deinde tertius: quartus: quint9: ſext9:
⁊ ſeptimus. in quo quieuit deus ab oī
opere ſuo quē diē ſabbatū appellauit.
Cū ergo ſabbatū dies ſit nouiſſim9 q̄s
poteſt eſſe p̄or niſi dominicus? At theo
philus acceptauit. Sed iterū interro-
gauit de tp̄e quid vobis videt. Quat-
tuor eñ tp̄a in anno accipiūtur. Ver:
eſtas: autūnus: et hyems. qd̄ ergo tp̄s
creditis: p̄mū factū? Ep̄i reſpōderūt.
Ver. Theophilus dixit: Probate qd̄ di
citis: Et illi. Habemus ſcripturā q̄ ait:
Germinet terra herbā virētē ⁊ afferētē
ſemen ſc̄m genus ſuū: lignūqȝ pomife-
rū faciens fructū: ⁊ hoc tp̄e veris vide-
mus fieri. Theophilus dixit: Verū eſt
tñ qm̄ tribus mēſibus veris tp̄s accipi
tur: quo loco mūdus cepit eſſe: in p̄nci
pio medio vel in fine? Ep̄i r̄nderūt. In
eqnoctio.i.octauo Kal'.aprilis. Theo-
philus dixit: ꝓbate qd̄ dicitis: At illi.
Ex ſcriptura dicēte Gen̄.i. Fecit de9 lu
cē ⁊ vocauit diē: fecit tenebras ⁊ voca
uit noctē: ⁊ diuiſit de9 lucē a tenebris.
Theophilus dixit: Ecce de die ⁊ tp̄e ꝓ-
baſtis: de luna q̄d vobis videtur? Quō
dicitis fuiſſe creatā creſcentē: an plenā
an minuentē? Ep̄i r̄nderūt. plenā dicēte
ſcriptura Gen̄.i. Fecit de9 duo lumina-
ria magna ⁊ poſuit ea ī firmamēto celi:
vt lucerēt ſuꝑ terrā. Luminare maius vt
p̄eſſet diei: et luminare min9 vt preeſſet
nocti. Et cū tali inueſtigatiōe ī illo cōci
lio ſtatuerūt paſcha nō debere celebra-
ri ante.xi. Kal'. Apul'. Multaqȝ alia or-
dinauerūt ad paſche celebritatē ptinē-
tia. Quare clare pȝ q̄ p̄mi parētes tp̄e
veris ī principio mūdi q̄ in paradiſo ter
reſtri fuerāt collocati diuinū ꝯtēpſerūt
p̄ceptū. Et iō tali tp̄e xp̄s mortuus eſt ⁊
in carne cū hoīb9 ꝯuerſat9. Sc̄do tēpus
veris ꝯueniēs fuit quadrageſimali ieiu
nio: q: tūc marie inſurgūt ⁊ inualeſcūt
motus carnales. Tertia ratio eſt ꝓpter
memoriā dn̄ice paſſionis q̄ celebrat in
vere. Nā vt inquit Aug.xviij.li. de ciui.
dei.c.liiij.mortu9 eſt xp̄s.viij. Kal'. Apri
lis. Sc̄do ieiunium quadrageſimale eſt
ꝯuenīēter inſtitutū rōne numeri dierū.
Nā numero quadragenario inſtitutuȝ
eſt: q: deo tenemur reddere decimas: ⁊
decima pars dieꝝ anni ſunt.xxxvi.dies.
⁊ q: tenemur ſatiſfacere ꝓ trāſgreſſio-
ne decalogi ſc̄m inordinationem q̄ttuor
affectionū: ſuperaddunt quattuor dies
ad deſignādum ieiuniū purgatiuū eſſe
inordinationis quattuor affectionum.
Et oīa hec colligunt ex dictis Grego. in
c. q̄drageſima. de cōſe. di. v. Propterea

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

numerus ille quadragenari⁹ eſt penalitatis ⁊ afflictionis. Quadraginta enim dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹ pluit de⁹ aquas diluuiū in penam mūdane corruptionis: vt pꝫ Gen. vij. Quadraginta annis per deſertū vagauerūt filij iſrael vbi mali afflicti ſunt et mortui: ⁊ alij ꝑ illā peregrinationē meruerūt: vt patet lib. Numeroꝝ. xiiij. c. Quadraginta diebus ieiunauit moyſes vt legē dn̄i mereretur accipere. ſicut ſcribit Exodi. xxiiij. Quadraginta dies dati ſunt niniuitis ad penitēdū. ſicut notat Jone. iij. Quadraginta dieb⁹ helias peregrinatus eſt vſqꝫ ad montem dei oreb. iij. Reg. xix. Quadraginta diebus xp̄s ieiunauit in deſerto. Matth. iiij. Quadraginta diebus ſtetit poſt reſurrectionē anteq̄ celos aſcēderet. Act. j. Jō ſm hūc numerū quadragenariū dierū quadrageſimale ieiuniū eſt inſtitutū. De q̄ ſic cātat eccleſia. Lex ⁊ ꝓphete primitus hoc ꝑtulerūt: poſtmodū xp̄s ſacrauit omniū rex atqꝫ factor tēpoꝝ. Tertio ieiuniū quadrageſimale fuit ꝯueniēter inſtitutū ratione termini q: interpolatim nō continuū: determinatū ad tp̄s nō perpetuū. Qd̄ factū eſt ſm Alexā. in. iiij. tū ꝓpter hūane infirmitatis debilitationē: tū ꝓpter faſtidiū cōtinue afflictiōis: tū propter annihilationē deuotiōis. Nā cōtinuū ieiuniū et perpetuū debilitas hois ſuſtinere nō poſſet: ſed illum diſcrimini diſponeret. Faſtidiū afflictionis nimis fatigaret ⁊ impatiētiā induceret; ⁊ deuotio ieiunādi periret. Si aūt quereretur quare die dn̄ica nō ieiunamus. Reſpōdet Alex. q̄ hoc fit in memoriā leticie dn̄ice reſurrectionis. Dr̄ em̄ in decreto. c. Jeiuniū. de ꝯſe. di. iij. Jeiuniū dn̄ice diei ⁊ quinte ferie nemo celebrare debet: vt inter ieiunium xp̄ianoꝝ ⁊ gentilium: ⁊ veraciter credentiū ⁊ infideliuꝫ atqꝫ hereticoꝝ vera ⁊ nō falſa diſcretio habeat. hec ibi. Tp̄e tn̄ quadrageſimali diebus dn̄icis abſtinemus a carnib⁹ ⁊ lacticinijs vt ieiunium noſtrū conforme ſit ieiunio xp̄i quātū cōgruit. ¶ Secundo principaliter inſtitutum fuit ieiuniū tp̄ale. ſ. quattuor tēpoꝝ ab eccl̄ia de quo ſic dicit Calixtus papa. lxxvj. diſtin. c. j. Jeiunium qd̄ ter in anno apud nos celebrare didiciſti conuenientius nūc per quattuor tp̄a fieri decernimus vt ſicut annus ꝑ quattuor voluit tp̄a: ſic nos quaternū ſolenne agamus ieiuniuꝫ per quattuor anni tēpora. Aſſignatur vo a doctoribus ratio quare in iſtis quattuor tēporibus ieiunamus: videlꝫ vt emēdemus q̄ in iſtis quattuor tēporibus pctā cōmiſimus. Et fiūt ꝑ tres dies vt ſatiſfaciamus in die: qd̄ delinquīmus in mēſe: ⁊ fiunt in feria quarta: q: tunc dn̄s a iuda traditus fuit. In ſexta q: crucifixus. In ſabbato q: iacuit in ſepulcro: ⁊ triſtes fuerūt apl̄i de nece dn̄i ¶ Tertio inſtitutū eſt ab eccl̄ia ieiuniuꝫ particulare. ſ. in vigilijs quarundā feſtiuitatū. Nā vt ſcribit Johānes beleth. Mos fuit antiq̄tus vt in ꝑcipuis feſtiuitatibus ſctōꝝ hoīes cū vxoribus ⁊ filiabus ad eccl̄iam venirēt: ⁊ ibi cū luminaribus ꝑnoctarent: ſed q: multa adulteria in his vigilijs fiebāt: ſtatutū fuit vt vigilie in ieiunia ꝯuerterent. Nomē tn̄ antiquū retentū eſt: q: nō ieiunia ſꝫ vigilie appellantur.

¶ De laudib⁹ ieiunij: qd̄ verbis ⁊ exemplis cōmēdat ab oībus ſctis tā veteris q̄ noui teſtamēti. Cap. iij.

Tertium myſteriū contēplandum de ieiunio dr̄ cōmendatio. Nā lꝫ multa ſint q̄bus ieiunium ⁊ abſtinētia cōmendari poſſet: tamen laudes eius accipiemus a tribus.

Primo a gētibus ⁊ phis.
Scd̄o a patribus ⁊ ꝓphetis.
Tertio a doctoribus ⁊ ſanctis.

¶ Primo accipim⁹ laudes ieiunij ⁊ abſtinentie a gētilibus ⁊ phis. Ipſi etem̄ ſuo mō abſtinentiam magnificare ſtuduerunt. Unde Ualerius maximus cōmēdat mulieres romanas que abſtinebāt a vino. Inq̄t em̄ li. ij. Fuit antiquorum illa ſimplicitas i cibo capiēdo hu

manitatis ſimul ⁊ cõtinẽtie iudex cer-
tiſſima. Nã maximis viris prãdere ⁊ ce
nare in ꝑpatulo nõ erat verecũdie:qꝛ
nec illas epulas habebãt quas oculis
ppli ſubijcere erubeſcerent. Uini vſus
olim romanis feminis ignotus fuit ne
ſcꝫ in aliqđ dedecus ꝓlaberenť:qꝛ pri
mus a libero pr̃e intẽperantie gradus
ad incõceſſam venerẽ eſſe cõſueuit. Di-
cearchus vt ait Hiero. contra Iouinia
nũ in li. antiquitatũ laudat aurea ſecu
la ſaturni:qm̃ cũ tũc oĩa humus funde
ret nullus comedebat carnes: ſed vni-
uerſi viuebant pomis ⁊ herbis q̄ terra
ſpõte gignebat Xenocrates phs de tri
ptolemi legibus tria tm̃ p̃cepta in tem
plo Eleuſine reſidere ſcribit: Veneran
dos deos:honorãdos parẽtes: ⁊ carni-
bus nõ vtẽdũ. Tullius i li. q. tuſ. cõme-
morat:ꝙ Lacedemonij magis parſimo
nia delectantur. Huius rei Xenophon
Theophraſtꝰ: ⁊ pene oẽs greci ſcripto-
res teſtes ſunt Cherimõ hiſtoricus vir
eloquẽtiſſimus narrat de vita antiquo
rum egypti ſacerdotũ q̄ oĩbus mũdi cu
ris poſtpoſitis ſemꝑ dũ in tẽplo fuerũt
⁊ rerũ naturas cauſaſq̄ ac rõnes ſyde
rũ cõtẽplati ſunt:nunq̄ ſe mulieribus
miſcuer unt:nunq̄ cognatos ſeu ꝓpin
quos ac liberos quidẽ viderũt ex eo tẽ
pore quo cepiſſent diuino cultui deſer-
uire: ⁊ carnibus ⁊ vino ſemꝑ abſtinue-
runt. Pane raro veſcebanť ne onerarẽt
ſtomachũ: ⁊ ſi qñ comedebãt tonſuꝫ pa
riter yſopum ſumebãt in cibo:vt eſcaꝫ
grauiorẽ illius calore decoquerent. Eu-
bolus quoq̄ qui hiſtoriã Mitridatis
multis voluminibus explicauit:narrat
apud perſas tria eſſe magorum genera:
quoꝝ primi q̄ ſunt doctiſſimi ⁊ eloquẽ-
tiſſimi excepta farina ⁊ holere nihil am
plius in cibo ſumebãt. Euripides i cre
ta iouis ꝓphetas nõ ſolũ carnibus: ſꝫ
coctis cibis abſtinuiſſe refert Barzafri
nes vir babyloniꝰ in duo genera apud
indos gymnoſophiſtas diuidit: quorũ
vnum appellat Brachmanas:alterum
Samaneos:qui tante continentie ſunt

vt pomis arborum iuxta gangẽ fluuiũ
alantur. De brachmanis etiam ſcribit
Didymus in epl'a ad Alexãdrũ:ꝙ pura
⁊ ſimplici vita viuũt:nullis rerũ capiũ
tur illecebris:nihil appetũt amplius q̄
nature ratio flagitat. Nulla apud eos
morboꝝ genera:nullus medicine vſus
qꝛ pſimonia eſt illis medicina. Si ergo
tm̃ gẽtiles hoĩes abſtinebãt vt munda
nã ſapiẽtiã acqrerent:q̄d nos agere de
bemus vt in vera ſapiẽtia ꝓficiamus.
Audiuimus eñ quãta apud illos habi
ta ſit abſtinentia. Scđo accipimus lau
des ieiunij a pr̃ibus ⁊ ꝓphetis veteris
teſtamenti apud quos nõ parũ celebre
eſt reputatũ. Uñ pš. xxxiij. Dauid ait:
Humiliabã in ieiunio aĩam meã. ⁊ Io
hel. j. Sctificate ieiuniũ. ⁊ Tob. xij. Bo
na eſt oratio cuꝫ ieiunio. ⁊ Iudith. iiij.
dr̃ de filijs iſrael qñ timebant impetuꝫ
Holoferni. Humiliauerunt aĩas ſuas
in ieiunijs ipſi ⁊ mulieres coꝝ. ⁊ de Iu
dith. viij. c. dr̃: Ieiunabat oĩbus diebꝰ
vite ſue p̃ter ſabbata ⁊ Neomenias et
feſta domus iſrael. Et. j. Reg. vij. qñ fi
lij iſrl' p̃liaturi erãt cũ philiſteis ieiuna
uerũt inquit ſcriptura in die illa ⁊ dixe
rũt: Tibi peccauimus dñe. ❡ Tertio ac
cipimus laudes ieiunij ⁊ abſtinentie a
doctoribus ⁊ ſctis. Oẽs nãq̄ doctores
eccleſie abſtinentiã ⁊ ieiuniũ miris effe
rũt laudibus: quoꝝ dicta elegãtiſſima
adducenť in ſequẽti ſermone cuꝫ diceť
de fructibus ieiunij. Nũc ṽo tm̃ cõtem
plari ſufficiãt ſctõꝝ exẽpla q̄ ieiunãdo
⁊ orãdo carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vitijs
⁊ cõcupiſcẽtijs. Refert Euſebius i. iij.
li. Eccl'. hiſtorie:ꝙ inter ſctõs egyptios
quos euangeliſta Marcus inſtituit vi
num aut carnes nemo guſtat:tm̃ aqua
eſt eis potus: ⁊ panis cũ ſale ⁊ yſopo ci
bus. Itẽ Hiero. ad Euſebiũ cũ vitã cõ
mendaſſet cenobitarũ ꝙ apud eos vi-
uitur pane leguminibus ⁊ holeribus:
ſubiunxit. Ad tertiũ genus veniã quos
anachoritas vocãt q̄ de cenobijs exeun
tes:excepto pane ⁊ ſale amplius ad de-
ſerta nihil proferunt. Huius vite autor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paulus: illuſtrator Antonius: ⁊ vt ad
ſuperiora coſcendā princeps Johānes
baptiſta fuit. Et idē ſcribēs vitā Pauli
p̄mi heremite ſic inq̄t de illo. Oēm in
orōnibus in ſolitudine duxit etatē. Ci-
bum ⁊ veſtimētū ei palma p̄bebat. Qr
ne cui impoſſibile videat̄: ieſum teſtor
⁊ ſctōs angelos vidiſſe me monachos:
e q̄bus vn⁹ p̄ triginta annos pane hor-
deaceo: ⁊ aqua lutulenta vixit. Quid di
cemus de abſtinentia oīm cōfeſſoꝝ xp̄i
hilarionis: Agatonis: Amonis: Sera-
pionis: Baſilij: Benedicti: Frācīſci: om
niūq̄ alioꝝ. Nullus etem̄ inuentus eſt
q̄ in delitijs ſeruierit deo. Jō ptꝫ p̄ oīa
exēpla tā xp̄ianoꝝ q̄ iudeoꝝ: ſiue etiaꝫ
gentiliū ꝙ abſtinētia ſublimanda eſt ⁊
nō ſpernēda. Habemus exēpla auium
que fame ⁊ abſtinētia amicabiles fiūt
hoīb9 ⁊ familiares: ergo ſm intentio
nem ſpūſſcti ſctā eccleſia dirigentis di-
ſponamus mētē ⁊ aīum vt inchoemus
hoc ſacratiſſimū quadrageſimale ieiu-
niū: quo mediāte obtinebimus hic gra
tiā: ⁊ in futuro gloriā: quā nobis largia
tur clemētiſſimus deus: cui eſt honor ⁊
gloria p̄ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria quarta cinerū: de ieiunio ad q̄d
maxime tali die eccl'ia conuocat ⁊ inui-
tat fideles. Sermo. xviij.

Theſaurizate
vobis theſauros in celo
v̄ba ſunt ſaluatoris no-
ſtri originaliter Matth.
vj. ⁊ in euāgelio hodier.
Ecce aduenerūt dies pnīe ad redimen
da pctā: ad ſaluādas aīas. Hodie nāq̄
initiū eſt ſacri quadrageſimalis ieiunij
de quo cantat eccl'ia. Paradiſi portas
ieiunij xp̄s nobis operuit. Jccirco cū oī
ſollicitudine ⁊ deuotione vigilare debe
mus ad ieiunia venerāda: q̄m p̄ ipſa ac
quirim⁹ theſauros regni celoꝝ. Et q̄m
ſapiētiſſimus oīum magiſter in verbis
allegatis in themate ꝯuocat nos: vt de
futura vita nobis ꝓuideamus: iō ī hoc
ſermone fideles xp̄i ad ieiunij reuerētiā
precipuam merito inducemus. Videbi
mus aūt de ipſo ieiunio adhuc tria my
ſteria principalia.

Primū d̄r cōditionis.
Scōm obligationis.
Tertiū fructificationis.

¶ De cibis a quibus abſtinēdum eſt in
ieiunio: ⁊ de tempore ſiue hora comedē
di diebus ieiunioꝝ ⁊ quare nō eſt deter
minata quātitas cibi ſicut viciſſitudo
comedendi. Cap. j.

Primū myſteriū videndū de
ieiunio d̄r ꝯditio. Scōm enī
eccl'ie ordinationē triplex cō
ditio ponit̄ de ieiunio.

Prima d̄r qualitas.
Scda tēporalitas.
Tertia quantitas.

¶ Prima cōditio d̄r qualitas: q: in ieiu
nio ſm formā eccl'ie abſtinēdum eſt ab
aliquibus cibis: vt puta carnibus: ouis
⁊ lacticinijs. Oua v̄o ⁊ lacticinia inter-
dicunt̄ ieiunātibus inquātuꝫ ſunt orta
ab aīalibus carnes habētibus: ſicut pꝫ
di. iiij. c. deniq̄. Notādum tñ ꝙ in ieiu
nio quadrageſime interdicunt̄ vniuer-
ſaliter oīa ſupradicta ſicut no. de conſe.
di. iij. c. Nō opꝫ. Piſciū tñ eſus vt ſit in
firmitatis ſolaciū nō vt luxurie pariat
incentiuū cōcedit̄. Et lꝫ eſſet a marinis
beluis abſtinendū: tñ de conſuetudine
eſt tolerādū: q̄m qui nimis emūgit eli-
cit ſanguinem: vt ptꝫ in. d. c. deniq̄. Jn
alijs v̄o ieiunijs abſtinētia a carnibus
ſemp̄ p̄cipit̄. Ab ouis autē ⁊ lacticinijs
nō niſi ſm cōſuetudinē p̄rie. Nam dicit
Hiero. lxxvj. di. c. Utinā. ⁊ ex̄ de ſepultu
ris. c. certificari. Unaqueq̄ p̄ria abun-
dat ſuo ſenſu. Cōcordat his Rich. i. iiij.
⁊ Tho. ij. ij. q. cxlvij. ar. viij. in reſponſio
ne ad. iij. ar. Sed dubitari pōt cur ieiu
nioꝝ t̄pe nō p̄cipit̄ abſtinentia ab vſu
vini cū de illo tot mala dicāt̄. Nā ſapi
ens Prouer. xx. ait: Luxurioſa res vinū
⁊ Eccl. xxxj. Multos exterminauit vinū
⁊ Paulus Ephe. v. Nolite inebriari vi-
no in quo eſt luxuria. ⁊ Hiero. ad Euſto
chiū. Hoc moneo hoc obteſtor vt ſpon-